Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



mens potentiam diuinae operationis intellegas. quo
modo enim negare poterimus dm̄. & iam nunc operari
cuncta quae creantur. cum dn̄s dicat. Pater meus usque
nunc operatur. Unde illa cessatio septimi diei ab ipsis.
naturis condensis intellegenda est facta. Non ab earum
amministratione quae conditae referuntur. Cum ergo
natura rerum a creatore administratur. & per ordines
praefinitis locis & temporib: suis cuncta nascuntur. ds̄ usq:
nunc operatur. Nam si ds̄ nunc ista non format. quomodo
legitur. Priusquam te formarem in utero. Nouite.
Quomodo & iam accipi potest. quod si faenum agri quod
hodie est. & cras in clibanum mittitur. ds̄ sic uestit.
Nisi fortecredendum ē. fenū ad ō uestiri. & ad ō corpora n̄ formari.
Cum enim dixit uestit. Non de praeterita ordinatione.
sed de praesenti operatione satis indicat. Unde ē. & iam
illud aptū de seminib: quod supra commemoraui. Non
inquid corpus quod futurum ē. seminas. sed nudū granū
ferreritici. aut alicuius cererorum. Ds̄ autem illi dat corpus.
quomodo uoluerit. Non dixit dedit aut disposuit. sed dat.
ut creatorem intellegas efficaciā sapientiae suae. rebus
quae cotidiae suis in temporib: oriuntur condendis adhibere.
De qua sapientia dictum ē. Pertendit a fine usq: in finem for
titer. Et non dixit dispo suit. sed disponit omnia suauit.
Multum ē. autem uel tenuiter sapere. quomodo commuta
bilia & temporalia. Non commutabilib: & temporalib:
creatoris motib: sed aeterna. & stabili uirtute condantur.
De illo sane quod per cunctandū putasti. utrum baptizati omnes.
si absq: paenitentia diuersis criminib: in reliti de corpore exi
erint. ueniā quod lib & tempr consecuturi sint. librū non parue
quantitatis iā scripsi. Quē si describere curaueris. fortasse nihil